



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Candela Evangelica

Landsberg, Johannes Justus

[Köln], 1526

VD16 J 1187

Distinctio I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34415

NOX PRIMA.

Disputationis immodica mihi uobiscū fuit pugna,
 qua satisfactionem pro peccatis improbarem, di-
 xi: Si mortalium quispiam omnia peccata mundi patras-
 set solus, & pro his uel in extremo uitæ suæ (quantum si-
 bi foret possibile) cordis haberet contritionem pariter ac
 dolorem, & q̄ non maior sibi adesset contritio, doleret,
 insuper misericordem dominum pro gratia atq; suorum
 peccatorum remissione inuocaret: Ad hæc, integram ad
 deum haberet fidem, omnia sibi peccata à deo dimissum
 iri, huic citra dubium, plena dignatione deus ignoscet.

contritio
 dolor
 ymoratio
 fides

Candela prima. **D**istinctio. I.

Per ea que hic dicunt, non improbarur satisfactio pro peccatis, sed magis probat. Ponuntur em̄ ibidem quedā .s. contritio, & dolor super dolorem, et ad deum inuocatio. Insuper & fides que omnia in tanta excellētia & merito esse possent (saluis his que infra dicenda sunt) q̄ peccata & satisfactio- nem pro ipsis debitam relaxarent, sicut in quibusdam, (licet paucissimis factum legit) non tñ in authenticis scripturis. Quapropter enim quamuis contritus dñm inuocauit, satisfactionem tñ creditur cruci affixus post p̄fessionem complexisse. Et quia raro est huiuscemodi satisfaciens p̄ritio, imposuit sancta mater ecclesia peccatoribus tres partes penitentie: Contritionem, .s. confessionem & satisfactionem. Cuius auctoritatem negare, est spiritum sanctum eam uiuificantem & docētem spernere. Sed de hoc infra latius. Ut uero hæc authenticis sententiis fulciamus, assignamus pro prima parte p̄ritio- nis, .s. illud Psal. 50. Cor p̄ritū & hu. deus non de- pro sc̄da .s. p̄fessione, illud Jaco. vl. Confitemini alterutrum pctā uestra. Pro tertia, .s. satisfactione, sunt in scripturis testimonia innumera, sed pauca hæc que dicā sufficiant. Dicit. 2. Reg. 12. q̄ David

latro
 contra: prob p
 kb p̄ne dno
 Contritio
 Confessio
 Satisfactio

reprehensus a Nathan propheta, dicente: Ariam
Etheum percussisti gladio, et uxorem illius accepi
sti tibi uxorem, et interfecisti eum gladio filiorum Am-
mon: quamobrem non recedet gla. de domo tua us-
que in sempiternum etc. Respondit David confitendo: Pec-
caui domino. Dixit Nathan ad David: Dominus quod tran-
tulit peccatum tuum, non morieris: veruntamen filius
qui natus est tibi, morte morietur. Et digna satisfacti-
onis flagella subsequuta sunt. Item ibidem cap. vi.
habetur sic: Percussit autem cor David eum postquam
numeratus est populus, et dixit David ad dominum: Pec-
caui valde in hoc facto, sed precor domine, ut transfe-
ras iniquitatem serui tui, quia stulte egi nimis. Post
talem contritionem et confessionem, imposita est illi sa-
tisfactio. Dixit ergo dominus per Nathan: Trium dat
tibi optio, aut septem annis veniet tibi fames in ter-
ra tua, aut tribus mensibus fugies aduersarios tu-
os, et illi te persequentur, aut certe tribus diebus
erit pestilentia in terra tua. Qui ait: Coartor vnde
quod nimis. Hec de multis pauca sumpta sufficiant.
Vanum est satisfactionem tollere a penitente, quia
et si admittatur quod talis in fine vite vere peniteat, et
a domino remissionem peccatorum recipiat, non tamen conclu-
ditur, quod deus sibi peccatorum satisfactionem etiam re-
mittat. Quia cum peccatores differenter secundum ma-
ius et minus de peccatis doleant, necesse est ut de-
us qui eos misericorditer recipit, vnum plus alio
iuste puniat. Et si non in hoc seculo, tamen in futu-
ro. De hoc infra latius. ¶ Secunda distinctio.

Opinio

¶ Ea vero que hic prima dicta sunt in nocte, per
candelam nostram sunt latius indaganda. Sunt enim
nonnulli, qui sufficere putant ad salutem penitentiam mo-
ralem aut rationalem, hec opinio plures fallit, et a pe-
nitentia sacramentali auertit. Horum nonnulli dicunt
se velle in vite termino penitere. Credunt enim ad
salutem sufficere, quod per rationem mala acta detestan-
tur. Et quod habitus malus extractus ex actibus fre-
quentatis, non sinit plene tales dolere, et mala de-